



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

eiudem rei interpretatio : cùm per contumeliam Hugo  
Saxones nominasset effeminatos, iussisse ferunt Otto-  
nem, vt milites in capite gestarent colos subtiliter tor-  
natos cum fusi, vt irrisione Gallorum ipsa specie respon-  
deant : quod & nostri temporis imitantur milites, qui  
cauda vulpium ornant lanceas ad cōtemptum hostium.  
Ita tum Otto vt suorum contemptum acrius vindicaret  
in Gallos, colos tornatiles iussit in cono præferri, vt le-  
gamus fæmineos pileos pro eo quod est fæninos : vtrun-  
que autem ad irrisiōem pertinet Gallorum. Sed tamen  
hoc tumperegit Ottonis exercitus, vt Hugo oblitus con-  
tumeliarum, in verum versus timorem, regem Ludouī-  
cum mox emitteret. Rex ille iunctus regi, procedūt vna  
ad obsidendum Lugdunum : Sed cùm inexpugnabilis  
ciuitas videretur, ea relicta, Rhemos adeunt, in qua vr-  
be, vero destituto pontifice, Hugo nepotem suum consti-  
tuerat : Sed reges deiecto adulterino pontifice, verum  
restituunt : multis prætereà locis in deditioñem receptis,  
qua rex regi attribuit vero domino. Cùm nusquam Hu-  
go magniloquus in aciem prodiret, rex Otto in Germa-  
niā suum reduxit exercitum. Hugo verò in annum se-  
quentem regi suo reconciliatur.

## CAP V T X C I I I I .

**P**er quæ tempora Editta regina postulauit, & im-  
petravit ab Ottone rege, vt ad Albim fluum ve-  
terem urbem, sed diu desolatam ab incursione Wanda-  
lorum, Magdeburgum instauraret, & ipsi reginae man-  
sionem ibi permitteret. Erat in eo loci ab olim arce  
non contenenda, cui præerat Burgravius : sed eo  
tum mortuo, peruenit illud præsidium ad reginam,  
breuique coaluit, vt haberet in donationem ab rege  
propter nuptias. Designatis autem terminis, iussit regina  
vallum

vallum circunduci. Rex forum indixit: & profecit no-  
vrbs vehementer, vt fieret non contemnda ciuitas.  
Rex monasterium in ea fundauit sub regula diuini Ben-  
dicti, in honorem Petri & Pauli, et Innocentij martyris,  
cuiusib[us] reliquias collocavit: beati tamen Mauriti po-  
trocipio præcipuo locū subiecit. Sed monasterium in  
dudum translatum est in montem iuxta ciuitatem, in  
nonicis occupantibus priorem locum. Extant litera-  
bus testatur etiam nunc Imperator, quas dederit immo-  
nitates nouae vrbi. Postea verò transfluit illum episcopatu-  
m de Valler sleue, vt esset archiepiscopus, metropoli-  
tanus omnium terrarum de Wandalia, tum ad Cim-  
stum conuersarum, & deinceps conuertendarum: qui  
suis locis atque temporibus recordabimur. Sed cum po-  
mum è Francia reuerteretur rex Otto, occurrit illig-  
tulabundus Hermannus dux Sueviae, regemq[ue] interpe-  
lauit his verbis: Vides, inquit, ô rex annos meos, mihi  
fortunam, & propitio Deo multo splendore res dona-  
præciuas, opes & vrbes mihi esse plurimas, deesse u-  
men marem hæredem: vnicam filiam meam, si tibi vul-  
tur, filio tuo Ludolpho despondeo: vt sit certissimus cui  
filia hæres rerum omnium: & quod Deus secunda  
fortunarum dominus amplissimarum. Non dispu-  
fermo regi: collaudatoq[ue] duce, iubet impleri quod  
conceperat. Despondetur puella iuueni: iam enim de-  
num sexum agebat annum: matre ante paucos die-  
defuncta, Anglia regis filia. Hunc quoquè filium rex re-  
gem creauit, post se legitimo ordine rebus omnibus de-  
minaturum: Nam ea fuit Otto prudentia, vt nunquam  
se discrimini præriorum committeret, nisi prius testa-  
mento legitimè facto de rebus omnibus, & de filiorum  
successione ante pleniū ordinasset.